



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Cap. XIX. De Censore Librorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

5 Nullus autem Pastorum unquam in Pastoratu suo instituatur , quin omnium bonorum mobilium , in domo Pastorali inventorum, similiter calicum, paramentorum, librorum , & quorumcunque instrumentorum Ecclesiasticorum Inventarium, intra 14 dies, Nobis, aut Vicario Nostro in spiritualibus, exhibeat , simul cum designatione , si quid in ædibus Pastoralibus corruptum, destructum, demolitum aut perperditum fuerit ; sub poena 20 Aureorum irremissibiliter solvendorum.

C A P . XVII. *De Examinatoribus.*

<sup>1. Sejj. c. 7.</sup> <sup>2. Sejj. 13.</sup> <sup>3. c. 57.</sup> <sup>4. Ep. 12. &</sup> <sup>5. sejj. 24.</sup> <sup>6. c. 18. de reform.</sup> <sup>7. c. 34.</sup> **Q**Væ de Examine Ordinandorum, ac præcipue ad curam animarum, ex 1 Concilio Tridentino, à Prædecessore Nostro : salubriter sunt statuta, debite observari volumus ; ac propterea diligenter Nostro Vicario & Examinatoribus commendamus, ne quenquam ad curam animarum exercendam admittant , nisi quem ætate , moribus, doctrina , prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, idoneum judicaverint. similiter stricte prohibemus, ne quispiam in Pastorales functiones sese ingerat , nisi prævio examine & approbatione licentiam in scriptis à Nostro Vicario obtinuerit.

Nolumus illum posthac cujuscunque status ad Ordines & Beneficia, maxime Curata, sine hujusmodi examine admitti ; Provisiones autem , Collationes , institutiones , investitures, aliter factas, nullius roboris declarantes.

Deputamus autem Examinatores, cum Vicario Nostro in spiritualibus generali , Præpositum & Decanum Cathedralis Nostræ Ecclesiae.

P. Priorem Prædicotorum.

P. Guardianum Franciscorum de Observantia.

P. Rectorem Societatis Iesu.

Concionatorem Nostræ Ecclesiae Cathedralis, cum tribus aliis, doctrina & bonis moribus præditis , ex Clero Nostræ Civitatis à Nobis nominandis.

C A P . XVIII. *Iudices delegatos Causarum Apostolicarum nominamus,*

Præpositum Cathedralis Ecclesiae.

Decanum Cathedralis Ecclesiae.

Decanum Collegiatæ Ecclesiae S. Ioannis Baptistæ.

Iudicem ordinarium seu Officiale nostrum.

Et unum de Clero Nostro Secundario Civitatis Nostræ, à Nobis nominandum.

C A P . XIX. *De Censore Librorum.*

C Vm à Nobis, parte 1, cap. 11, statutum sit , ne quispiam posthac libros vetitos, aut alias suspectos, imprimat , invehat , vendat &c. Hinc deputabimus unum vel plures Librorum Censores de Clero Nostro , sine quorum consensu & censura nemo librum ullum imprimat, vendat , aut in Nostram Diœcesin invehat ; quorum officium quoque erit, Typographias & Officinas librorum visitare, libros vetitos confiscare, & alia, secundum rationem officii illius, perfolvere & perficere.

C A P . XX. *De Pœnitentiario.*

I N Pœnitentiarium publicum in Nostra Cathedrali Ecclesiae constituimus quandam ex Patribus S. Francisci Fratrum Minorum de Observantia; ex quibus successive alium qualificatum nominabimus.

## INDEX